

**AB**

**147159**



ov 8. f.

Zuschrift:

1. Deseniusista Annae Augsp. v. H. Gessona.
  2. De ethopoeia comica Aristophanis autore  
J. G. Willamorio. -
  3. Jacob Gregoret v. der Magdeburgischen  
Akadem. v. d. aug.
  4. Spiegelbild v. der moral. Leidenschaft  
und den Künsten auf dem Mfam. eines Red.
  5. E. G. Gregorius Leidenschaft und Künste  
der Römer. -
-

2

DE  
ETHOPOEIA  
COMICA  
ARISTOPHANIS  
LIBELLUS.  
AVCTORE  
JOH. GOTTL. WILLAMOVIO  
GYMNAS. THORVM. PROF. P. O.



---

BEROLINI,  
TYPIS FRID. WILHEL. BIRNSTILII.  
1766.

2

66

# EUTHOPOEIA

COMICA

## ANTISTOPHANIS

LIPSIENSIA.

ACETERIS.


ZOR. GOTTL. MELLOMACHUS.

• 1782. BUDENS. SAMPTO.

THEATRUM

ANTISTOPHIA. EUTHOPOEIA. ACETERIS.

ACTA



DE  
*ETHOPOEIA COMICA*  
*ARISTOPHANIS*  
*LIBELLVS.*

---

CAPVT I.

**S**trenue quidem ARISTOPHANIS partes  
adversus PLUTARCHUM tuitus esse mi-  
hi videtur NICODEMUS FRISCHLINUS,  
non tamen omni, qua par erat, fide; quippe  
idem ei accidisse sentio, quod antiquitatis ad-  
miratoribus defensoribusque haud raro solet  
accidere, vt Charybdim vitantes in Scyllam in-  
cidant. Ab obscenitatis stili nimium turgidi,

A 2. in-

inaequalis, nec personis satis accommodati opprobrio, poetam vindicat, MENANDRO, quem nunquam vidit, anteponit, PLUTARCHUM nimii in hunc studii accusat. Quae quidem omnia quamquam non sine ingenio variaque eruditione pertractat, melius tamen, ni fallor, ARISTOPHANIS caussae consuluisse, si ab ardore cuncta resurandi sibi temperare, eandemque partium studii suspicionem in PLUTARCHO reprehensam deuitare maluisset. Quidni enim huic, qui vtriusque poetae scripta coram habuit, credendum esset, MENANDRUM stili aequabilitate, modestia, venustate, ARISTOPHANI palmam praeripiisse, cum non omnia omnibus a natura concessa sint? Ea igitur tantum modo, caeteris omissis, confutacione digna fuissent, in quibus PLUTARCHUS, vir alias limati ac politi iudicii, homotamen, justo iniquius de altero sensit. Vt cumque tamen haec se habeant, tantum abest, vt FRISCHLINI operam in vniuersum improbeam, vt potius viri dexteritatem & doctrinam non insimia laude dignam censem, quid? quod in hanc messem ipse falcam inmittere non dubitem.

bitem. Quamvis enim nihil eorum, quae ARISTOPHANI obiciuntur, intactum reliquerit, non tamen rem adeo exhausit, ut non permulta adhuc dicenda supersint, praesertim cum recentiorum haud pauci, nescio vtrum PLUTARCHI auctoritate decepti, an suis prae*judic*ieis occupati, de ARISTOPHANIS virtutibus comicis longe aliter, quam FRISCHLINUS & erudita illa poetae nostri fautor, DACIERIA iudicant. In quibus me inprimis Cel. BATTESII iudicium mouit, qui ARISTOPHANIS tempore nondum Charakterismo comicu*villam* operam datam esse, sibi persuasit \*).

Nouum ecce arietem a PLUTARCHO non ita adhibitum, ideoque nec a FRISCHLINO re-

A 3 pulsum,

\* Man sahe noch nicht darauf, Charakter fest zu setzen und auszuführen: der Vater redet bei ihm (dem Aristophanes) wie der Sohn, der Sohn wie der Vater, der Herr wie der Knecht, der Knecht wie der Herr, die Götter wie die Menschen, die Menschen wie die Götter, bald hoch, bald niedrig, ohne Regel, mehr den Pöbel und die Nüsskäfer, als die Rathsherren und ehrbare Lente zu vergnügen. Vide Einleitung in die schönen Wiss. II. Th. 2. Abschn.

pulsum, cuius impetum amoliri hac quantula-  
cunque tractatione, operae pretium existi-  
maui.

## CAPUT II.

**P**ostulat a poetis tragicis ARISTOTELES, ut  
personis, quas in scenam ducunt, *mores*  
*adstringant bonos, conuenientes, similes, aequabili-*  
*les* \*). Eadem lege & Comici adstringi solent.  
Quibus ergo non minus quam illis incumbit,  
ut personarum suarum mores non solum bo-  
nos, tales scilicet, quales comoediae genium  
decent, qui cum imitationi peiorum studeat,  
morum bonitatem in eo, quod illis inest, ridi-  
culo ponit; sed & cuique characteri ethico  
conuenientes, siue, ut cum philosophis loquar,  
metaphysice veros; praeterea similes, siue lo-  
gice veros; & denique aequabiles efforment,  
qui-

\*.) Περὶ δὲ ταῦτα πολὺ τεττάχαι ἐστιν, αἱ δὲ  
σοκαλέσθαις. εὐ μὲν καὶ πρώτου, ὅπως  
Χειρίσῃ. — δευτέρου δὲ ταῦτα Ἀριστο-  
τούλα. — Τεττάχαι δὲ τοῦ Οἰκοῖον. — τε-  
ταῦτα δὲ τοῦ Ορμηλοῦ. Vide Aristot. de  
Poetica cap. 15.

7

quibus addi merentur & diuersitas. Quatuor itaque momentis vniuersum ethopoeiae comiae negotium absoluuntur, vt nimur quaevis persona suo charactere ethico sit distincta, vt cuiusvis mores sint veri, aequabiles, & comicis, qui risum spectatorum moveant.

### CAPUT III.

Quamvis autem haec extra omne dubium posita sint, magna tamen cautione opus est, simulac de applicandis ad comoedias Aristophanicas regulis quaestio exsistit. Fermultum enim interest, inquiraturne in comoediā recentiorem an veterem, quippe Aristophanicarum fabulae nostrae vix leues umbrae appellari merentur. Quis quoefo est hodiernorum comicorum scopus, quis suasor seribendi, nisi spectatorum fugitiuus applausus, eorumque per aliquot horarum spatium oblectatio, & si fieri potest, institutio, correctio? Quid vero huic fini obtinendo utilius, quid comicō prius & antiquius esse potest, quam, vt varias diuersorum morum imagines, veras, oomicas proponat, in quibus tanquam in aliquo speculo

virtutis honorem, vitii turpitudinem intuiti  
spectatores sese adeo ipsos ad hoc exemplar  
emendare addiscant? Quod longe aliter se ha-  
buit apud Graecos, quorum veteri comoediae  
multo nobilior fuit scopus, multo maior liber-  
tas. Non enim solum vitam privataam docere  
& corriger poetae, sed & vniuersae reipubli-  
cae monitori quasi & praecceptorи esse licuit,  
licuit de bello & pace, de ciuitatis regimine  
consulere, liberum fuit omnia, quae sibi utilia  
visa sunt, effari, suminorum virorum vitia la-  
cescere, ac vnumquemque aliqua castigatione  
dignum suo nomine & vultu notatum in sce-  
nam proferre. Quid igitur? Aut ego vehe-  
menter fallor, aut sane maximopere illos falli  
necessere est, qui insignis huius comedias grae-  
cas inter & nostras discriminis immemores  
**Aristophanem** ad **MOLIERI** cuiusdam  
aut **GOLDONII** modulum ac pedem me-  
tiuntur.

---

**CAPUT IV.**

## CAPUT IV.

**Q**uaerentibus itaque ac dubitantibus, sitne  
in fabulis Aristophanicis einsmodi etho-  
poeia, ac supra paucis descriptam dedi? vicissim  
interrogando respondeo, sitne **A R I S T O P H A N I**  
hac ethopoeia opus necne? Et huic deinceps  
quaestioni satisficeri posse autumno. Si enim,  
quod plurimis eruditiorum ita videtur, verum  
est, superesse nobis Aristophanicarum comoedi-  
arum cuiuscumque epochae specimen, atque ad  
nouam *Platonis* fabulam referendam esse, (de  
qua re tamen mihi non magis quam **D A C T E-**  
**R I A E**, persuasum est): si autem verum est,  
negari nequit, noui aeni comoediam, utpote  
ad cuius exemplar nostrae effigiae sunt, pari  
examinis viisque subiici posse, veteres vero non  
item. Cui enim bono ethopoeia esset fabulae,  
quae non fictos, sed homines reuera viuentes,  
cuique notos, suo ipsorum habitu, vultu, no-  
mine ab histrione expressos proponit, quae sa-  
ne viuidissima omnium est ethopoeia? Cui bono  
esset fabulae, quas non mores imitando  
hunc vel illum hominem primatum & obser-

rum corrigere allaborat, sed ad integrum rem-publicam respicit ac in iis versatur, quae multitudini vniuersae profunt? At licet omnino constet, vniuersalioribus morum imaginibus non admodum opus fu<sup>s</sup>e ARISTOPHANI, attamen iniuriā ipsi fieri opinor, si qui istam prorsus ab eo neglegentiam esse perhibent. Non profecto! Adeo hebetis fuit ingenii, vt colores, qui ad alliciendos spectatorum animos unquam facerent, vel ignorarit vel conteinerit. Non tantum in *Pluto*, quam fabulam & iudices maxime seueri regulis respondere confirmant, sed in reliquis quoque omnibus, sive ad veterem, sive ad medium epocham referantur, ethopoeiam obseruauit variam, veram, æquabilem, comicam.

## CAPVT V.

**S**i enim euolueris comoediā *Plutū*, inuenies actores, *Chremylum*, virum bonum & liberalem, qui nec in secundis rebus amicorum pauperum obliuiscitur. Inuenies seruum, *Carionem*, seruilibus moribus notabilem, petulantem, edaceum. *Plutū*, deum quidem sed rem

ad diuitiarum incoleam scite effidum, caecum,  
durum, sordidum. Reperies *Blepsidemum*, ve-  
tulum timidum, incredulum, suspicuum.  
*Sycophantam* ipso nomine satis depictingum; vxo-  
rem *Ciremyli*, mulierem muliebriter religiosam.  
Inuenies anum quamdam insano amore perci-  
tam, & sic plures, *Nubium* comoedia agitur  
a *Socrate*, quem sophistam, iuuenturis corrup-  
torem, atheum pingit, a *Strepstade* fene, viro  
moribus & ingenio rusticis, a *Phidippide* eius  
filio matris indulgentia perdito, patri semper  
obloquente, a *Jusititia* & *Injustitia* vitaque ad  
viuum expressa, caet. In *Vespis* prodeunt *Phi-*  
*locleon* senex vesana litigandi cupiditate, qua-  
rum Athenienses laborarunt omnes, ductus,  
*Edelycleon*, eius filius, illi litium studio quam  
maxime infensus, serui iterum homines ne-  
quam, aliquique secundi ordinis personae. Est  
in *Equitibus Cleon*, peculator reipublicae, ne-  
farius, impostor, *Agoracritus* vero ciuibus suis  
bene consulens. *Acharnenses* distinguit *Dicaeo-*  
*polis*, vir recti justique ciuitatis itidem aman-  
tissimus, & pari modo in quois dramate no-  
ui tractantur characteres, vt iure summo de  
in-

insigni, qua fabulas distinxit, varietate dicere potuerit \*), se spectatores non crambe bis colla fallere, sed nova semper & sua & diversa spectacula exhibere. Miraris diuitias Aristophanicas? Mirare potius eos, qui deprehendere illas nequeunt.

### CAPUT VI.

**A**dsunt ergo characteres diuersi. Quid vero de eorum veritate sentiendum? Idem profecto! Characteres, quibus agendarum fabularium spartam impertitus est, non destituntur illa, quam ARISTOTELES requirit, αρμονια & ομοιοτητες, seu duplici, quae ethopiae competit, veritate, metaphysica scilicet ac logica. Quarum quidem illam ea, quae Characteri

\*) Καρκυρα μεν Ταχιτος αν ποιητης, & κομω,  
Ουδέ ιματις θητω ξαπταλην δις καη Ιερι  
Γαντ' εισωγων.

Αλλ' αει κανους ιδεις εισφερω, τοφι  
Σοροι,  
Οιδεγ άλληλαις ομοιας, καη πατας  
διξιας.

Nub. parab. Chori.

racteri ethico per essentiam necessarium adhaerent, hanc vero descriptionis eum re ipsa per experientiam suppeditata similitudo, constituant. Utinque ab ARISTOPHANE obseruata deprehendo. Quid? quod tertium veritatis genus addendum, historicum puto, siquidem, pro veteris commediae more, subinde personae tum viventes occurruunt; quae tamen species a logica veritate respectu nostri non omnino aliena est, quippe illud examen, utrum personas suas poeta noster sui temporis moribus congruentes efforbarit, non minus historiae documentis innititur, quam omnis alia historia veritas. Quare & duobus momentis res absolui poterit.

### CAPUT VII.

**E**xempla scilicet primum adserenda sunt, quibus comprobetur ethopoeiae Aristophanicae veritas metaphysica. En tibi nonnulla. *Chremylus* in commedia *Pluto* de se ipso testatus

*Ego quamvis vir essem probus ac iustus,*

*Male vitam egi,*

*nullam*

nullam fidem mereretur, si reliquae actiones dissentirent. Verum prosequamur hominem per aliquot scenas & audiemus cum seruo colloquentem: \*)

*Abi tu, curre cito -- Caro. Quorsum? quid faciendum sit, dic.*

*Chrem. Connoca sodales meos agricolas,  
quos innuentes*

*Fortassis in agryis labore obrutos.*

*Dic, adsit quisque hic*

*Vt nobiscum Plati particeps fiat.*

*Car. Eo iamiam. Carnem vero hancce*

*Sumat*

\*) Ἀλλ' οὐ τοι μεν ταχεῖς δραμαν, ΚΑ.  
Τι δῶ, λέγε.

ΧΡ. Τοις ξυγγεωργες καλεσού (ίνησαις  
δικαστικούς)

Ἐν τοισιν ἀγροισ ἀνήρες ταλαιπωρευεντοις

Οπως ἀντοι εἶναις, ἐνταυθοις παρειν,

Ημιν μελισκη τεδε τε Πλευτε μεσοι,

ΚΑ. καὶ δὴ βαδίζω. τέτο δε το κρεαδιον

Των ἐνδόθεν της εἰσενεγκατατω λαβων.

ΧΡ. Εμοι μελησει τελο γ', αλλ' ανυσας

Ιρεκε,

Sumat quæsto quis domesticorum & intro  
ferat.

Chr. Ipse ego ut fiat, curabo. Propri  
modo & cure.

Alia quadam scena aduentibus obuiam it  
dicens: \*)

Sinuere vos quidem, viri populares, iuberem,  
Sed obsoleta iam formula est & insipida,  
Ideo vos potius amplector, quod venire non  
recusabis

Frequentes & alacres.

Porro veniente Elysidemo dicit: \*\*)

Seb

\*) Χαίρειν μὲν ὑμᾶς ἔστιν, ὡς γέρες δημοσίαι,  
Αρχαιον δὲ προταγορευειν, καὶ σπεργον.  
Ανταρχομενού δὲ, ἐτι προδημεως ἀντίλει,  
Καὶ συνιεταγμενως, καὶ καταβεβλασκευ-  
μενως.

\*\*) XP. Καὶ μην ὅροι καὶ Βλεψιδημον Τετον  
Προσιοντα. Δῆλος δὲ ἔστιν, οἵ τε πρω-  
ματος

Ακηκοεν τι, —

— — —  
Αλλ' εὖλον αποκρυψας ἔρω, μετὰ Τετεβ;  
Ω Βλεψιδημί, αμεινον η χθες πρατ-  
τοκευ.

Οτι μετεκειν οἶξετι, εἰ γαρ τῶν φίλων.

Sed ecce Blepsidemum venientem!

Sine dubio de hac re quid

Audituit —

Sine dissimulatione dicam et omnia, Hercole!

Blepsideme! melius, quam heri, res nostrae  
se habent,

Particeps esse potes, es enim e nostris  
amicis.

Nullum sane amplius dubium, quin vera de se  
statim ab initio testatus sit, quin talia dicenti  
& agenti, tanto ardore amicos pauperes in fe-  
licitatis suae societatem recipienti viri boni,  
quem ARISTOPHANES pingere voluit, nomen  
debeatur.

### CAPUT VIII.

**D**ixerit hic fortassis quispiani: „At vero  
egregius est vir Clitemylus iste, qui lice-  
at eum se praedicet, tam parum tamen reue-  
lentiae erga deos ostendie, ut demonstraturus,  
jouem potentiam suam Pluto deum ac-  
ceptauit

ceptam ferre, praeter reliqua non dubitet dicere: \*)

*Tu vero, num putas Jouis regnum  
Et fulmina teruncii amplius facienda esse  
Si respexcris ad breue licet tempus? „*

Bona verba! Quamquam enim, ut optimo quidem iure possem, non eandem veniam ARISTOPHANI ac HOMERO, de diis ad saeculi sui & genium hominum a nostris opinionibus abhorrentium locutis postulem: Illud tantum vrgere posse videor, omnem huius loci impicitatem nullam fieri, simulac ad loquentis mentem respexeris. Non enim, Jouis imperium esse ne teruncio quidem dignum contendit, sed praesagit, fore, ut pretii amplius nullius sit, cum *Plutus* visum recuperarit, & probos locupletarit, quos solum, quia boni quid a Diis sperent, sacrificare piosque esse, impetratis autem diuitiis omnia diuina susque deque habitu-

ros

\*) *Οἰτι γαρ ἔιναι την Διος τυχεωνίδα  
Καὶ τες κεραυνος μέγιστης τριώβολος,  
Ἐαν γ' αὐταβλεψης σὺ, καὶ μετέρον  
χρονος;*

B

ros esse constaret. Est ergo ironia potius, quam improbitas, in his acque ac in innumeris aliis s̄milibus effatis, quae dici vix potest, quantum Aristophani inuidiam immerito fatis et ridicule, parariint.

### CAPUT IX.

**S**ed telam redordior. Eblepidemus in eadem commoedia prodit, senex difficilis, supicax. \*)

*Quid vero, inquit, haec sibi volunt? unde  
quaesio quone modo*

*Chremylus tam subito dines factus est?  
nondum credo*

*Quamvis multos iam, Hercole, sermones de  
hoc*

*In tonstrinis sedentes inter se habuere. caet.*

Ecce

\*). Τι ἀντί τοι προσηγέρει εἴη; πόθεν καὶ τι  
νι τροπῷ

Χρεμυλος πεπλεύηκε ἐξαπίνης; εἰ πει.  
Θορκα.

Καὶ τοι λογος γ' οὐ, νη τοι Ἡρακλεα,  
πολὺς,

Ecce incredulum!

Chr. Nihil diffimulans dicam ei omnia —

O Blepsidemo, melius quam heri res nostrae  
se habent. —

Bl. Siccine reuera dines factus es, ut dicunt  
omnes?

Chr. Si modo recte ea re usi fuerimus, fe-  
lices erimus in perpetuum.

Bl. Non optimum mihi hoc videtur,  
Neque placet. Subito enim ita

B 2

Dini-

Ἐπιτοιστεργεῖσται ταν καθημενον. 7. λ.  
ΧΡ. Ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψας ἔρω, μα 785  
Θέσει.

Ω βλεψίδηρός ἀμεινον ή χθες πραΐτο.  
μεν. —

ΒΛ. Γεγονες δ' εληθώσ, αἰς λεγχοι, πλε-  
σιος;

ΧΡ. Ήν μεν καθορθωσαμεν, (Φημι) εἴ  
πραΐτεν αἱ.

ΒΛ. Τετι πονηρον Φαινεῖται το φορτιον,  
Και μι' ἐκ ἀρεσκει. το, τε γαρ ἔξαι-  
φυς αὐτας

Dinitis abundare, simul vero timere  
Viri est, qui nihil boni commisit.

En suspiciorum!

Chr. Quomodo, nihil boni? Bl. Num forte, credo Herkle, furatus  
Aliquid inde (e fano Apollinis) venis ar-  
genti vel auri

A Deo, nunc vero te poenitet?

Chr. O Apollo averrunc! Ego Herkle tale  
quid non commisi.

Bl. Noli nugari nihilque fucum facere, bone  
vir, scio certissime.

Quam tenax suspicionis suae!

Chr.

Όυτοις υπερπλήστειν, το, τ' ἀν δεδοκενα  
Προς ἀνδρος ἄδεν ὑγιεις ἐσ' εἰργασμένη,  
ΧΡ, Πας δ' ἄδεν ὑγιεις; ΒΛ. Ε, τι  
κεκλοφως, υη Δια,  
Ἐκείθεν ἡκεις ἀργυρειον ή Χευσιον,  
Παρα 78 θεα. καρπειτ' ισως σοι μετι-  
μελει.

ΧΡ. Ἀπολλον Ἀπολλοπαιε μη Δι', ἐγω  
μεν δ,

ΒΛ. Πανσαι φλυαρων, α' γαζ', ειδα  
γαζ σκφως.

Chr. Noli vero talia de me suspicari. Bl.  
Hem!

*Quam est fere nulla probitas inter homines.*

*Onnes lucri studio trahuntur.*

Chr. Pol, insanire mihi videris, homo.

Bl. *Quoniam opere est moribus intitatus!*

Chr. Atra bile percitus es, mi homo.

Bl. *En oculum vagum eius,*

*Et proditorem, mali quid eum patrasse, caet.*

Sicque per scenam satis prolixam dubitat, suspicatur, et vix tandem persuaderi aliter sibi

B 3 patitur.

ΧΡ. Συ μηδεν εἰς ἐμὸν ὑπονοεῖτο. ΒΑ.

Φεν,

Ως γάριν μέλεχνας υγίεις ἔστιν γένενος.

Ἄλλ' εἴσι τὰ κερδάστικαί τις ήττανες,

ΧΡ. Γάτοι μα την Δημητρί ύγιαινεν μεος  
δοκεις,

ΒΑ. Ως πολὺ μεθεσηκ', αὐτο προτέρων  
εἶχε, τροπῶν.

ΧΡ. Μελαγγολας, ω γένεως, γη τον  
εξανον.

ΒΑ. Άλλ' εδε το βλεμμ' αὐτο κατα χωρ  
εαν ἔχει.

Άλλ' ἔτιν επιδηλον τι πεπαιθηκοτο  
κ. 7. λ.

patitur. Nemo sane haec attente lecturus inficias ibit, inesse huius imagini summam, quae exigi possit, veritatem.

### CAPUT X.

**A**ddo aliud exemplum. In *Nubium fabula Strepsiades*, homo agrestis, a litteris alienissimus, ingressus scholam Socraticam videt instrumenta mathematica: \*)

*Per Deos, inquit, quid hoc est?*

Discip. Socratis. *Haec est Astronomia. Str. Illud vero quid?*

D. *Geometria. Str. Cui scopo illa inservit?*

D. *Metiendae terrae. Str. Iline quae coloniis distribuitur?*

Ha-

\*) ΣΤΡ, Προς των Θεων, τι γαρ ταῦτα ἔστι,  
εἰπε μοι,

ΜΑ. Ἀσχονομία μεν ἀντηῖ. ΣΤΡ. Ταῦτα  
δέ τι;

ΜΑ. Γεωμετρία, ΣΤΡ, Ταῦτα εγ τι ἔστι  
χρησιμόν;

ΜΑ. Γην ἀγαμετρεῖσθαι, ΣΤΡ. Πολεῖσα  
Γην κληροδοκεῖν;

Habes purum putum agricolam?

D. Non vero --

Ecce autem, hic est totius terrae ambitus,  
videsne?

Hae sunt Athenae. Str. Hem! quid dicas?  
Vix credo,

Non enim cerno iudicium confessum --

Vbi vero sunt Cicyonenses mei tribules? caet.  
En tibi indocilem percontatorem!

Str. Sed vbi est Lacedaemon? D. Vbi sit?  
hic est.

Str. O quam nobis propinqua! In id om-  
nem potius curam intendite,

B 4

Vt

MA, ἐκ —

Αὐτὴν δέ τοι γης περιόδος πασχεῖ ὁραῖς;  
Αἱ δὲ μεν Ἀθῆναι. ΣΤΡ. Τι συ λέγεις,  
ἢ πειθόμεν;

Ἐπειδή δικαστὸς ἐκ ὁρῶν παθητικεύεται. —  
Καὶ πα Κικυνεῖς εἰσιν οἱ μοι δημόται;  
κ. 7. λ.

ΣΤΡ. Ἐλάττων δέ τοι λακεδαιμων περίσσεις; MA.  
Οπεράς εἰναι; αὐτοῖς.

ΣΤΡ. Ως ἐγγυς ἡμαν. τελο παντα φεογ-  
γίζετε,

*Vt illam a nostra urbe quam longinque pos-  
testis, se iungatis, caet.*

*Num ipsa natura, vt ita dicam, verius aliquid  
est ingere potest? Sed tabulae mihi decessent, si  
pluribus exemplis congerendis immorarer, quo-  
rum certe per ampla messis vndeique fese offert.  
Pro scopo igitur meo eorum satis esto.*

### CAPUT XI.

*I*nquiram potius in alterum veritatis, quae  
ethopoeiae debetur, genus, quod veritatem  
logicam ac comici respectu simul historicam sive  
*την ὄμοιοτητα των ηθων* comprehendit. To-  
tius negotii cardo vertitur in eo, vt demonstre-  
tur, Aristophanicos characteres moribus eius  
temporis esse consentaneos. Quales ergo poe-  
ta, quales historia Athenienses describit? ARI-  
STOPHANES illos suo aeuo in vniuersum mo-  
ribus mollioribus, a bellica maiorum virtute  
degeneres, ludis ac festis diebus vacantes, ni-  
mio cauissas forenses agendi furore correptos  
sistit.

*Ταῦτα αφ' ημών ἀπαγγελεῖν πορρω  
πάσσυ.*

fistit. Iuuenes rei amatoriae deditos, licentiosos, mulieres luxui voluptatibusque obnoxias, seruos homines nequam, ventri obedientes, petulantes caet. depingit. Ea est vitae Atticae & fabulis eius composita imago, quam viuis coloribus expressam esse, ut alios omnes taceam, solus instar omnium mihi testis sit XENOPHON, ARISTOPHANIS coaeuus. Hic in *Memorab. Socrat.* \*) Periclem aliquando ad

B 5

So-

\*) *Lib. III. cap. 5.* Καὶ ὁ Περικλῆς, καὶ Θαυμασίαγε, ἐφη, ὁ Σωκράτες, ἡ πολις οπως ποτ' ἐπι το χειρον ἐκλινεν, — Ποτε γυρ έτως Αθηναιοι, ὥσπερ Δικεδαιμονοι ἡ πρεσβυτερες αἰδεσοντα, οἱ ἀπὸ των πατερων αρχοντα καταφρονειν των γερουτερων, ἡ σωρασκησθσιν έτως οἱ και μονοι αυτοι ενεζιας αμελευσιν, ἀλλα και των ἐπιμελεμενων καταγέλασι; ποτε δε έτοι πεισονται τοις αρχησιν, οἱ και ἀγαλλονται ἐπι τω καταφρονειν των αρχοντων; ἡ ποτε έτως ὁμονοησθσιν, οἱ γε αντι μεν τω συνεργειν εαυτοις τα συμφεροντα, ἐπηρεαζειν ἀλληλοις, και φθονεσιν εαυτοις μαλλον ἡ τοις ἀλλοις αντιρραποιις μαλισα δε παντων ἐν τε ταις

Ιδειας

Socratem dixisse narrat, mirari se, quomodo ci-  
tatis Athenieensis in peius prolapsu sit. Quando,  
pergit, Athenienses ut Lacedaemonii seniores re-  
uerentio prosequentur, qui a contentis parentum  
fiornum incipiunt seniores omnes despicere? Quan-  
do corporis exercitiis et illi vacabunt, cum bonum  
corporis habitum & ipsi negligunt & aliis illum  
curantibus irrident? Quango ita magistratibus  
obedient, cum intimam ex superiorum contentu  
voluptatem percipiant? Quando ita vanimes  
erunt, qui tantum abest, ut se adinuent ad com-  
munem utilitatem, ut potius iniuriis se adficiant  
sibique iniucem magis quam caeteris omnibus in-  
uideant? Maxime autem in societatibus priuatis  
publicisque infestii sibi sunt, semper sece canfis  
forensibus vexant, maluntque hoc modo alter ab  
altero lucri quid captare, quam communi utilitate  
inuari. Apue eundem alio loco \*) Crito dicit:

Diffici-

δίκαιος συνοδοῖς πατρὸς ταῖς κοιναῖς διαφέρον-  
ται, καὶ πλεισταὶ δίκαιοι ἀλληλοι δίκαιον  
ποιοῦσθαι μεταλλούστω περδίκηται  
ἀπὸ ἀλληλου, οὐ συναφειτες αὐτοῖς.

\*) Mem. Socr. II. 9. Οἶδα δὲ ποτε ἀν-  
τοῦ πατρὸς Κριτανὸς ἀκρταντῶ, οἰς χαλε-

ποι

*Difficilis est Athenis vita homini, qui sua tantum agere vult. Nunc enim, pergit, diem mihi quidam dicunt, non quod iniuriam a me passi sunt, sed quod me illis argentum daturum citius quam cauissimum esse antumant. Idem in Memor. Socr.* \*) *meminit meretricis, quae amatorum prodigalitate nutrita splendidas sibi opes collegerat.*

τον ὁ βιος Ἀθηνησιν εἰν ἀνδρὶ βεβλομένως τα ἔντει πράττειν, Νυν γὰρ, ἐφη, ἐμε τίνες εἰς δίκαιας ἀγρεστοί, ἐκ ὅτι ἀδικεύντας ὑπ' ἐμοι, ἀλλ' ὅτι νομιζεστοί, οἵτοι ἀν με ἀργυρίου τελεστα, η πραγματα ἔχειν.

\*) Lib. III. cap. II. Ἐκ δε τοτε δι Σωκρατης, ὅρων ἀντην τε πολυτελως κεκοσμημένην, καη μητερα παρεστων ἀντη δι εσθητης και θεραπειας ε τη τυχεστη, καη θεραπαινας πολλας και ἐνειδεις, και διδε ταυτας ημελημενως ἐχεστη, και τοις ἀλλοις την σικιαν αφθονιας κατεσκευασμένην, Ειπε ρεοι ἐφη, ο Θεοδοτη, ζει σοι ἀγρος; οπε έποιγε, ἐφη. — Ποθεν δι, ἐφη, τα ἐπιτηδεια εχεις; έναν της, ἐφη, φιλος μοι γενομένος, εν ποσειν θελη, έτοις μοι βιος ζει.

gerat. Socrates, inquit, cum eam non modo  
pretiose ornatam conficeret, sed & matrem illi  
adesse ueste & cultu non mediocri, quin & ancil-  
ias multas formosasque non minus comitas, sive  
aliis rebus adfutim instruendas ades animadverte-  
ret, die mihi, ait, Theodota, praeclimne ali-  
quod possides? non posideo, haec inquit. Vnde  
igitur tibi suppetunt necessaria? Ex beneficentia  
eorum, inquit, qui mihi amici sunt, is mihi est  
victus. In libro rursus de Republ. Athen. idem  
haec memoriae prodidit: \*) Scruorum, inquiens,

& in-

\*) Των δελων δ' αυ καγ των μετοικων πλει-  
ση εσιν Ἀθηνησιν ἀκολασια, καγ ἐτε πα-  
ταξαι ἔξεσιν ἀντοδη, ἐτε ὑπεκπησταη  
σοι ὁ δηλος.

'Ει δε τις καγ τετο θαυμαζει ότι  
ιασι της δελης τρυφαι ἀντοδη, καγ με-  
γαλοπεγετως διατασθαι ενιες, καγ τετο  
γνωρη φανειν αν ποιευτες. π. 7. 2.

Δια την αρχην της θαλασσης, πρω-  
τον μεν τροπης ευωχιων ἔξευχον, ἐπι-  
μισηγομενοι ἀλληλοις ὁ, τι εν Σικελησ  
ηδυ, ή εν Ἰταλια, ή εν Κυπρω, ή εν Αιγυπ-  
τω, ή εν Λιβια, ή εν τα Ποντω, ή εν  
Πελο-

*S inquilinorum Athenis maxima est petulantia,  
neque eos verberandi cniquam facultas est, neque  
seruus cniquam loco cedet. Et paullo post: Si  
quis miratur, quod iistic seruos luxuriari finant,  
nonnullos quoque splendide viuere, illud non sine  
ratione facere putant caet. Ibideim porro:  
Propter maris imperium Athenienses primum eru-  
larum modos repererunt, dum inter se commiscent,  
quic-*

*Πελοποννησῷ, ἡ ἀλλοθι πά, ταῦτα παγ-  
τα εἰς ἐν ἑργοσθαῖ δια την ἀρχὴν της  
θαλασσῆς. — Θυσίας δὲ καὶ ιερὰ καὶ  
έργαται, καὶ τεμένη γνως ὁ Δῆμος, ὅτι  
Ἐκ οἰούτε τενίκασφ των πενταν θυειν  
καὶ θυαγκεσθαι καὶ πτωσθαι ιερά, καὶ  
πολὺς δίκειν καληγ καὶ μεγαλην, ἔξενρεν  
ὅτῳ τροπῷ ιεται τάυτα. Θυσίας δὲ Δη-  
μοσία μεν ἡ πολις ιερεῖα πολλαῖ ἐστι δε ὁ  
Δῆμος ὁ ἐνωχθενεσ καὶ διαλυγχανου τα-  
ιερεῖα. Καὶ γυμνασία καὶ λατρεῖα καὶ  
ἀποδυτηγια τοις μεν πλεστοισ ιδια  
ἐνιοις δὲ δῆμος ἀντος δύναται δικοδορει-  
ται ιδια παλαιστρας πολλας, ἀποδυτη-  
ρεῖα, λατρεων, καὶ πλειω τεταυ ἀπο-  
λανει ὁ σχλος ἡ ὁ ὄλυγοι καὶ ἐι ἐνδαι-  
μονες. κ. τ. λ.*

quicquid rei suanis vel in Sicilia, vel in Italia, vel in Cypro, vel in Aegypto, vel Lydia, vel Ponto, vel Peloponneso, vel alibi erat. Haec omnia in unum coacta sunt propter maris imperium. -- Jam quod sacrificia, victimas, festos dies, delubra attinget, quia populus intellexit, non posse quemvis pauperem sacrificare, epulari, sacra comparare, cinitatem pulcram & amplam incolere, quo pacto haec fierent, excoxitavit. Cinitatis itaque nomine multae hostiae publice sacrificantur, populus vero epulatur & sortitione victimas inter se partitur. Gymnasia, lauacra, apodyteria priuatum homines quidam opulentii habent: at populus sibi non minus multis palaestris, apodyteria, lauacra aedificat, quibus magis universa plebs fruitur, quam pauciores dinites. Haec ille. Quae cum ARISTOPHANIS tabulis collata, nonne mirum in modum consentiunt, atque verissimam eius ethopoeiam esse abunde comprobant?

### CAPVT XII.

**Q**uae cum ita sint, iusta fieri potest coniectura de veris, quos ludit, hominibus, Cleone, Nicia, Demosthene, Lamacho caet. quo-

runt

rum res gestas quidem conseruauit historia, vt  
 ex THUCYDIDE & DIODORO SICULO vi-  
 dere est, non vero mores priuatos. Verum  
 illa comparatione cum historia ne opus quidem  
 est, cum plerosque longe alio respectu ac mo-  
 rum ratione habita, producit. Sic v. c. vbi  
*Niciam & Demosthenem Cleonis seruos esse fin-*  
 git, minime de ingenio illorum studiisue est  
 sermo, sed de inuidia ex Iudicrā hac inuen-  
 tione Cleoni concilianda. Sicubi autem talium  
 virorum characteres, vt e.g. *Cleonis* depicted  
 dedit, nullus profecto! dubito, eos tales fuisse,  
 quales spectatoribus, vtpote qui de veritate iu-  
 dicare potuere, ob oculos ponere ausis est.  
 Verum haec cum bona fide scribere non eru-  
 besco, totus fortassis eruditorum orbis oblo-  
 quetur: „Heus tu! num idem ad *Socratem* ap-  
 plicari vis, quem virum optimum, integrum  
 ita deformauit, vt eius nec vola nec vesti-  
 gium supersit? „ Non is ego sum, qui ad poe-  
 tiae mei maculas caecutiens, eum merito hunc  
 virum fugillasse, tamquam PALISSOTIUS al-  
 ter, contendam. Tantum abest, vt in hac re  
 ARISTOPHANEM defendam, vt neque ita  
 qui-

quidem defendere velim, ut *etus Scholia&es & FRISCHLINUS* fecere, qui non *Socratem* sed *alios quosdam sophistas* petitos esse perhibent. Ecur enim & nomen & faciem philosophi rifiui exposuit, si alium quempiam ludere constituit? Ipsum omnino, siue ex vindictae cupiditate, siue ob communem poetarum cum philosophis contentionem, siue quacunque alia de causa, certe *Socratem* ipsum spectandum dare voluit. Nam vero improbe egerit, nihil ad me, cui tantum modo incumbit, ut disquiram, utrum *Socratis* character ita sit efformatus, qui ab hac usque demonstrata veritate ethopoeiae Aristophanicae exceptionem postulet verique *Socratis* nec volam nec vestigium monstreret; quod quidem audacter nego. Cum enim *Socratem*, deorum patriorum contemtoris, subtilis de rebus subtilibus disputatoris, vanique sophistae, qui iuuenes fas nefasque fallaci loquentia defendere docuit, personam agere **ARISTOPHANES** jussit, quid aliud egit, quam quod Horatiana regula poetis iniungit:

*Famam sequere; — — —*  
huius enim notae *Socratem* apud Atheniehos  
fuisse,

fuisse, quis ignorat? En vero, regerit Scholiaſtes, unde argumentum defumi potest, quemuis alium porius, quam Socratem, peti, Physicum ARISTOPHANES rident, qualis Socrates non fuit. At vero, non DIOGENES LAERTIUS modo cum Physici Archelai discipulum fuisse disertis verbis narrat, verum etiam PLATO in *Phaedone*, illum Anaxagorae libros physicos magna attentione meditatum esse perhibet. Poetae sat. Maximum vero illud est, quod, si ab omni prejudio partiumque studio vacui rem considerare velimus, negari nequeat, inethodum Socraticam a sophistica non longe absuiffisse. Quos enim XENOPHON, ut PLATONEM taceam, eius nobis sermones seruauit, testimoniis satis esse duco, cum demonstrasse quaeque voluerit. Quid? quod idem scriptor Socrati intimus, Critiam Alcibiademque \*) non aliam

\*) Memor. Socr. I. 2. Ἡδεῖσαν δέ (Κρίτιος καὶ Αλκιβιάδης) Σωκράτην — τοις διαλεγομένοις ἀνθρώποις χρωμένον εἴ τοις λόγοις ὅπως βελούτο· ταῦτα δέ ὁρῶ τε πρέξασθη της ὄμιλος ἀνθρώποις, γοργίσαγε

aliam ob causam cum philosopho conversatos  
esse testatur, quam quia illum omnibus omnia  
persuadere posse animadverterent, sibique ean-  
dem acquirere gestirent vii eloquentiae. Ex  
quibus ipsorum amicorum testimonii sponte se  
offert consequentia, ARISTOPHANEM ad pin-  
gendum philosophum non omnes ex apparatu  
suo colores aut ingenio, sed partim ex fama,  
partim ex vera eius indole depromisso, eam-  
que eius imaginem composuisse, quae vultum  
citra controversiam Socraticum, oculis licet  
luscis, naso adunco, ore comice distorto ex-  
primat.

### CAPUT XIII.

**V**bi vbi ergo de veritate ethopoeiae Aristophanicae ambigitur, salua res est. Sed ea sola nondum critica seueritas acquiescit. Est alia praeter hanc virtus, ethopoeiae comicae aequae necessaria, quae in censum venit, Aequa-

σανίς εἰ ὁμιληταῖς ἐκείνῳ γένεσθαι αὐτοῖς  
ικανωτάτῳ λέγει τε καὶ πραγμάτειν.

quabilitas nempe seu ὁμαλία. Nam maximū  
sane momenti est cautio, ne  
deficiat in pescant mulier formosū superne.

Quam quo successu adhibuerit ARISTOPHANES, vnum alterumue exemplum docebit. Reuertamur, si liber, ad *Strepsiadēm*, quem hominem indoctum & agrestem in *Nubibus* cognoscimus. Hunc per totam fabulam fui simillimum inueniemus. Edoctus enim a Socrate nouam theologiam, stupet, multis & insipidis quaestionibus philosophum interpellat, difficulter comprehendit, ac tandem aliquando aegre imburus mysteriisque initiatus, cum omnia bene sibi adsecutus videtur, imperitorum more promiscue & praepostere, quae menti suaे inhaerent, effutit, maximam vero denique partem institutionis se oblitum esse fatetur. En partem colloquiū eius cum filio: \*)

Phid. — Quid tibi accidit pater?

Insanis per Jouem Olympium!

C 2

Str.

\*) ΦΕΙΔ. — Τι χειρα πασχεις, ο  
παλεψ;

Ουκ εν φρονεις, μαλον Δια τον Ολυμ-  
πιον.

Str. Ecce vero ecce! Per Jouem Olympium?

Quam stulte!

Tam grandem natu credere adhuc Jouem  
Olympium!

Jurasti nempe per Jouem?

Phid. Omnino. Str. Videsne ergo quam  
bonum sit discere?

Non est, Phidippides, Jupiter ullus.  
Phid. Ecquis quaeſo?

Str. Turbo imperat qui Jouem regno ejicit,  
Scilicet! Quam peruerſe intellexerat Socratem  
docentein nubes folas pluere, tonare & fulgu-  
rare

ΣΤΡ. Ἡδε γ' Ἡδε, Διὸς Ολυμπίου της  
μωρίας.

Τον Διὸν νομίζειν ὄντα τηλικότον.

ΦΕΙΔ. Εγών. ΣΤΡ. Οὓς εὖ αἱ ἀγα-  
θοὶ Τον Ιο μεντανεύ;

Οὐκ εἶτιν, ω̄ φειδιππίδη, Ζευς. ΦΕΙΔ.

Αλλα τις;

ΣΤΡ. Δινος βασιλευεις του Διὸς εἰδειηλα-  
χως.

rare vento agitatas, unde ipse perperam collegerat, turbinem ergo imperare mundo: tam peruerso eadem filium docet. Verum nondum omnem sapientiam effudit. Imitatus magistrum ex abrupto incipit:

*Age videobo, quomodo tu hunc appellas? Dic mihi.*

Phid. *Gallum.* Str. *Bene quidem, sed hanc quonodo?*

Phid. *Gallum.* Str. *Vtrumque eodem nomine? Ridiculus es.*

*Ne dicas in posterum ita, sed hanc appellari oportet*

*Gallinam, hunc vero gallum.*

C 3

Phid.

ΣΤΡ. Φερ̄ ιδω, σν ιετον την νομιζεις;  
επε μοι.

ΦΕΙΔ. *Αλεκτρυονα.* ΣΤΡ. Καλως γε ταυτης δε τι;

ΦΕΙΔ. *Αλεκτρυον.* ΣΤΡ. *Αμφω Ιανθο;* καταγελασος ει.

Μη νυν το λοιπον αλλα τηνδε μεν καλειν  
*Αλεκτρυαιναν* ( *Explicationem eius vide ap. Scholia fest.*) τετονι δ' αλεκτορα.

Phid. — Haec recte edocitus es.

Str. O bone, & innumerā alia! At quicquid  
infringētū cūmīnū abū quid didici,  
Statim oblitus sum propter senectutem meam.

Haec e media fabula excerpta cum superioribus ex prima scena suppeditatis nonne eundem nobis senem indocilem ob oculos ponunt, comonstrantque, mores sernatos esse ad imum quales ab incepto processerunt sibique constare, ad H. O. RATII praeceptum.

#### CAPUT XIV.

In Vespis Philocleon, senex, ob insatiabile iudicandi desiderium domi inclusus per totum drama nihil nisi forum, suffragia, triobolum som-

ΦΕΙΔ. — Ταντ' εμαθεις τα δεξια.

ΣΤΡ. Χ' ατερα γε πολλά· ἀλλ' οὐ, τι μωρός εκαστοτε  
Ἐπεικενθαυομένη ἀνέστησε πληθες  
ἔτων.

somniat. Alloquitur mox ab initio Chorum  
senum sui similium per fenestram: \*)

*O Amici, iam dñdum langueo audiens  
Per fenestram vos, sed vobis concinere ne-  
queo.*

*Quid faciam? Observor enim ab hisce —  
Sed tu, o Jupiter, tonitrua tua immitt, G  
Fac me subito fumum —  
Aut lapidem, super quo  
In iudicio calculi numerantur caet.*

Sic suae amentiae ipse praeco est, eamque ubi-  
uis spartam tueretur. Interrogatus a Choro:

C 4 Ecquis

\*) ΦΙΔ. Φίλοι, παλαῑ μεν τηκομαγ δια  
της σπης  
Υμαν ὑπακεων ἀλλ' εχ̄ οιος τ' εἰρ̄  
ἀδειν.

Τι ποιησω; τηρεμ̄ ὑπό ταυδ̄,  
Ἄλλ, ὡ Ζευ, μεγα βροντα, και με  
Ποιησο χαπνου ἐξαιφυν.

Η δητα λιθον με ποιησου, ἵφ̄ θ  
Τας χοιρινας αριθμοτην.

*Equis autem te ita inclusum tenet?*

*Fare, ad amicos enim loqueris.*

Respondet. Phil. *Mens situs —*

*Chor. Quam ob caussam? quo praetextu?*

*Phil. Non sicut me, o viri, indicare ac mali  
quid agere. caet.*

Disputat postea in Catastasi dramatis cum filio  
pro iudiciis: \*)

— — *Demonstrare possum, nostrum  
Imperium in nulla re cedere regiae potentiae.  
Quodnam enim est beatius aut deliciatus*

*Ant*

*ΧΟΡ. Τις γαρ ἐσθ' ὁ ταῦτα σ' ἔιργαν,  
καποκλειαν τας θυρας;*

*Λεζον προς ἑνας γαρ φραστεις.*

*ΦΙΛ. Όυμος ύιος —*

*ΧΟΡ. — Τινα προφασιν ἔχων;*

*ΦΙΛ. Όυκ ει μ', οὐ νόρεσ, δικαιουειν,  
εδε δέρεν εδεν μακον. κ. 7. λ.*

\*) — — *Περι της αρχης αποδεξω  
Της ἡμετερας, οι εδεμιας ητταν ισιν  
βασιλειας.*

*Τι γαρ ιυδαιουν γ', η μακαρισου μαλ-  
λον γυν ισι δικαιος*

*Aut venerabilius (terribilis) animal iudice,  
praesertim fene?*

*Quem eix e cubili proreperentem exspectant ad  
cancellos (in loco iudicij)*

*Viri magni quathor cubitorum (liktores sc.)  
Post vero statim accedit*

*Aliquis teneram manum, qua rempubl. praes-  
datus est, ei offerens*

*Ac supplex lamentabili voce misericordiam  
flagitat:*

*Miserere mei, Pater, p̄ceor, si quid un-  
quam surripuisti*

C 5 Im-

*"Η τρυφερωτεον, η δαιγοτεον ζωον, καη  
ταυτα γερεντος;*

*"Ον περιτα μεν εργοντ' εξ ευης της εταιρειας  
επι τοιτι δευφακτοις*

*"Ανδρες μεγαλοι καη τετραπτηχοις κα-  
πειτ' ενθυσ περισιοντι (Kusterus le-  
git: περισιων τις)*

*"Εμβαλλει μοι την χειρι απαλην, των δη-  
μοσιων κεκλοφυιων.*

*"Ικετευσι οι διποκυπτοντες, την φωνη  
δικτροχοδυτες"*

*"Οικτιζον μι, ο πατερε, αιτεμαται σ, ει  
καινοτος παποι εφειλε*

*Imperio constitutus, aut exercitui praefectus  
conuinia curasti.*

*Hic nisi a me seruatus abierit, neque me vi-  
nere sciret.*

Tum singula deinceps quae modocunque iudi-  
cibus tribui possunt magnifica, suavia, utilia  
exponit. Vixtus autem a filii argumentis con-  
trariis, non conuincitur sed lamentatur:

Phil. *Vae mihi vae!* Bdel. *Quid ita cla-  
mitas?*

Phil. — *Ea tantum deperco, ibi esse op-  
tarim.*

*Vbi praeceo proclamat: Qui calculum non-  
dum posuit, surgat!*

Tum

*Αρχην αἰξας, η τι σερτιας τοις ξυσσι-  
τοις αἴγοραζων.*

*Ος ἐμὸς γδ' αὐτὸντι οὐδειν, εἰ μὴ δια-  
την προτερανην ἀποφυξέν.*

ΦΙΛ. *Ιω μοι μοι.* ΒΔΕΛ. *Ουτος τι μοι  
βορε;*

ΦΙΛ. — *Κεινων ἴραμα, καὶ τὸ γενον  
μεν,*

*Ιν ὁ κηρυξ φησι. Τις ἀψήφισος  
αγνοεῖτω.*

*Tum accederem ad urnas  
Calculum positurus postremo —*

*Bdel. Sed age, Pater, per deos obtempora  
michi.*

*Phil. Quanam in re? — In ea, ut non  
amplius indicium agas. Phil. Id vero  
Prius quam fecero, orcus de me iudicabit.*

*Quam tenax morum suorum vetulus! quem si-  
lius a viuendi ratione non reuocat, nisi data fa-  
cultate domi saltē iudicandi, quemque tan-  
dem vi exhibita inter pocula & conuiua vix a  
studio veteri abducit.*

## CAPUT XV.

*Καρπίσκη ἐπι τοις χημειοῖς,  
Φηφιζομένων ὁ τελευταῖος —*

*ΒΔΕΛ. Ή', ὡ πατερ, περ τῶν θεῶν  
ἔμοι πήνε.*

*ΦΙΛ. Τι πειθομαχοῦ; — ΒΔΕΛ. Τῷ  
μη δικαζειν. ΦΙΛ. Τέτο δε  
Ἄδης διακρίνει προτερον, η γάρ πειτε-  
μαχ. κ. τ. λ.*

## CAPUT XV.

**V**nicum addo exemplum. *Phidippides, Strepsiadis filius, in Nubium comoedia statim a primordio se inuenem patri dicto non audiensem praefstat. Persuasurus ei pater, ut scholam Socraticam frequenter, blanditur:*)

Str. *Phidippides! mi Phidippiānle!* —

Phid. *Quid vis, pater?*

Str. *Osculare me, porridge dextram.*

Phid. *Quid vero hoc sibi vult? Str. Dic mihi, amasne me?*

Phid. *Amo per Neptunum* —

Str. — *Sed si ex animo me amas vere*

*Mi*

\*) — Φειδιππίδη, φειδιππίδιον. ΦΕΙΔ.

Τι, ὁ πατέρ; ΣΤΡ.

Κυσον με, καη την χειρα δος την δεξιαν.

ΦΕΙΔ. Ίδε; τι ἐσιν. ΣΤΡ. Εἰπε μοι, φίλεις ἐμε;

ΦΕΙΔ. Νη τοι ποσειδω —

ΣΤΡ. — Άλλ' εἰπερ ἐκ της καρδίας με ἔγως φίλεις,

*Mi fili, obedi miki.* Phid. *In quaram re  
obediam?*

Tum ei ostendit scholam, consilium aperit, at  
filius

*Nequaquam, inquit, per Baculum, hand  
quaquam faciam, ctsi mili dederis.  
Phasianos Leogorae omnes.*

Str. *Age, o ro te, dilectissime mili hominum,  
Age disce —*

Phid. *Non obediam — Nec enim si mace-  
ratus redirens  
Equites videre tolerarem —*

*Stre-*

*Ω παγ, π.θε. ΦΕΙΔ. Τι ἐγ πιθεμα  
δητω σοι;*

*'Ουκ ἀν μη τον Διονυσού, εἰ δοις γε μοι  
Της Φασιανης, ἐξ τριφει Λεωνυος.*

ΣΤΡ. *'Ιφ' ἀντιβολω σ', ω φιλτατ' αγ-  
θωπων ἔμοι,*

*Ἐλθω διδασκε —*

ΦΕΙΔ. *'Ουκ ἀν π.θαιμην. ἐ γαρ αὐ  
τλαιην ιδειν*

*Της ιππειας το κεωμα διακεκυασμενος.*

*Strepsiades tandem minatur: Sed efficiant te  
e domo ad malam crucem.*

*Phidippides pertinaciter respondet: — In-  
gredior, nihil te moror.*

Tam egregie moratus vbius apparer. Cum de filio desperans seipsum pater erudiendum tradidisset, nec multum ob aeratem vergentem profecisset, redit ad illum, multo negotio tandem adducit, ut discat, praceptoris Socratis vero imbutus pristinos mores non modo non dedidicit, sed & peior factus est. Prodit in dramatis catastrophe in scenam *Strepsiades* vociferans: \*)

*Ehen, Ehen!*

*Vicini & cognati & tribunes*

*Vindicate me vapulanten omni arte. —*

Ne.

ΣΤΡ. \*Αλλ' ἔξελω σὸν ἐς κοράκας ἐκ της  
δίκιας.

ΦΕΙΔ. — αλλ' εἰσειμι, σὺ δὲ φέοντισ.

\*) ΣΤΡ. 18, 18.

Ω γειτόνες, καὶ ξυγγενεῖς, καὶ δημοταῖ,  
Ἄμεννατε γέ μοι τυπτομένῳ πάσῃ τῇ

χρή. —

*Nequam, tunc patrem caedis? Phid. Omnia  
nino, pater.*

*Str. Quid vero? tunc patrem caedis? Phid.  
Demonstrabo per Jouem  
Me iure hoc facere caet.*

Haec, pauca licet, specimina abunde sufficere au-  
tumo ad comprobandum, quam Aristophanicis  
comoediis inesse dixi, ethopociae aequabili-  
tatem.

### CAPUT XVI.

**R**estat, ut eiusdem quoque *χειροτητα* seu  
comicam hilaritatem consideremus. Longis  
procul dubio demonstrationum ambagibus  
haec in re supersedere possum, de qua nemo sa-  
nus dubitat. In confessu enim est, vim comi-  
cam, si cui vñquam, certe ARISTOPHANI,  
*esse*

*'Ω μιαρε, τυπλεις τον πατερα; ΦΕΙΔ,  
Φημ' αι πατερ.*

*ΣΤΡ. Τον πατερα τυπλεις; ΦΕΙΔ. Και-*  
*ποφανω γε νη Δια,*  
*Ως εν δικη σ' εισπτον κ. Ι. λ.*

esse insignem, ingeniumque ita foecundum iocis & pene inexhaustum, ut alios comicos antiquitatis omnes, quos nouimus, post se relinquit. Cum vero supra euictum sit, ARISTOPHANEM non effingendis duntaxat hominum moribus studere, ab eo nec eiusmodi characteres ridiculos, quales fabulis suis recentiores intexere coguntur, exspectandos esse liquet. Non Harpagonem aliquem, non Thrasones, non insulsum eruditum data opera pingit, sed homines, quales sunt, siue vero siue fictio nomine. Eius ergo comica vis hoc modo se exserit ut characteribus, parum licet ridiculis, tantum salis sui admiscent, quantum ad actionis vigorem promouendum & spectatorum animos oblectandos sufficit. In quo quantum pollet, cuiusvis perspicuum erit, qui illius comoediarum vel unicam scenam perlegerit. Non fuit v.c., ut ex ampio volumine pauca delibemus, quod rideri potuit in Socrate, homine tam graui. Ipsi obrectatores crimina magis illi, quam stultitiam, imputarunt. Quis quaeso! spectatum admissus, deorum contentorem, iuuentutis pestem, fallacem sophistam non abominaretur  
potius

potius, quam rideret? At ingenio Aristophanico non defuit huic rei remedium. Fingit Socratem subtilem speculatorum, sed de pulicis pedibus, de culicum podice. Monstrat meditantem de rebus caelestibus, sed, quid magis ridiculum? crati torrendis caseis destinato insidentem ex alto suspensum atque hanc eius caussam praetexentem: \*)

*Per aera incedo, solem contemplor. —*

*— — Non enim unquam  
Sublimia esse qui mihi contingere,  
Nisi mentem suspensam haberem & medita-  
tionem*

*Tennem tenni aeri permixtam.*

In Concionatricibus mulieres rempublicam ca-  
pessere statuunt, comitia inter se habent. Ri-  
des?

\*) ΣΩΚΡ. Ἀεροβατῶ καὶ περιφέρονται τοι  
ηλίου.

*— — Οὐ γαρ ἀν ποτε  
Ἐξενθογόρθως τὰ μετεωρὰ περιμυκάται,  
Ἐτι μὲν κερπαστὸς τὸ νομός, καὶ τὴν  
Φεογύιδα  
Δειπνη καταπικτεῖς τοὺς ὄμοιον περέα.*

D

des? Ridebis magis, vbi videris muliebria haec  
comitia clam viris nocturno tempore fieri, uxores  
maritis dormientibus vestes, calceos, bacu-  
los surripere ut virorum speciem ementiantur,  
barbas praeterea facilitas sibi addere; cachin-  
num vero vix reprimes, vbi hos semivitos in  
concone declamantes idemtidem fexus, quem  
prae se ferunt, oblitos, muliebrem prodere au-  
dieris. Dicit e. g. quaedam: \*)

— *Mihi ita non videtur per Cererem &  
Proserpinam (iusiurandum muliebre)*

**Et ex templo eam praeses Praxagora corrigit:**

*Per Cererem? Misera, vbi indicium?*

**Mul.** *Quid vis?* —

**Prax.** *Per Jouem, vir tute es & per Cere-  
rem iurasti.*

Incipit alia :

*Porrige*

\*) — *'Εμοι μὲν γέ δοκει, μα τω θεω.  
(confuse Kusteri scholion)*

**ΙΠ.** *Μα τω θεω; ταλαινα, πε τον ρεν  
ἐχεις;*

**ΓΥ.** *Τι δέ εσιν;* —

**ΙΠ.** *Μα Δι' αλλ' ανηρ ὡν τω θεω κατα-  
ποτας.*

— — — —

Porrige coronam. Dicēra sum aliquid,  
 Bene enim iam praemeditata mihi video.  
 Ego quidem, o Mulierum confessus —  
 Prax. Num & tu mulieres alloqueris, qui  
 viri sumus? caet.

Et ita innumeris modis personas iam leuiori sa-  
 lis comicis adspergine, iam copiosiore admisio-  
 ne ridiculas facit, vt nihil supra. Adeat, qui  
 eius certior fieri cupit v. c. Pacem fabulam, vbi  
*Trygaeum* scarabaeo in coelum subuectum;  
*Vespas*, vbi *Philocleonem* de cane, qui caseum  
 deuorarat, iudicium habentem, *Lysistratam*,  
 vbi vxores commercium cum maritis eiurantes  
 non sine singulari voluptate deprehendet, & si  
 vel Cato quis fuerit, ridebit.

## D 2 CAP. XVII.

ΓΥ. Φερε τοι σεφανον ἐγω γαρ ἀν λεξω  
 πτελιν.

Οιμαγ γαρ ἄδη μεμελεῖπεναι παλαις.

Ἐροι γαρ, ὁ γυναικες αἱ παθητεναι  
 ΠΡ. Γυναικας ἀν δυσηνε τας αὐδεας λε-

γεις;

## CAPVT XVII.

**V**erum idem illud, quod tantae laudi poetæ  
vertitur, non impedit, quo minus etiam  
vitio a nonnullis ducatur, qui nihil in defectu  
peccantem in excessu peccasse criminantur. Iter-  
rum hic nos in ius vocat BATTESIUS \*), qui  
ARISTOPHANIS comoedias nec scurrilibus Ita-  
lorum, nec Atellanis similes, sed meras præstigias  
esse, refertas nempe ironia, allusionibus, allego-  
riis, scatentes obscenitatibus, sordibus & iocis  
inficetae plebi tantum familiaribus censet. Con-  
tra solem loqui nec didici, nec unquam discam.  
Viro ergo erudito lubens concedo, iocos Ari-  
stopha-


\*) Einleitung in die schönen Wissenschaften,  
loco supra cit. „Es waren keine Harleki-  
naden, keine Possenspiele, sondern Gauke-  
leien, aber Gaukeleien, die einen Sinn und  
eine Bedeutung hatten, und also von einem  
Menschen herkommen mussten, der viel Witz  
und Genie besass. — Alles ist Satyre, An-  
spielung, Allegorie, alles Zoten, Schmutz  
und Matrosenpass.“

Astophanicos nostris moribus comparatos non  
raro urbanitatem & honestatem excedere, ne-  
que obscoenitate, allusionibus carere: at cum  
**FRISCHLINO** regerere mihi liceat, Aristophanicas  
fabulas neque nobis, neque Parisiensibus,  
scriptas esse; spectaculi vero applausum, ut vbi-  
uis terrarum, sic praecipue Athenis, ciuitate li-  
bera, a multitudine dependisse. Quare neque  
omnia poetae, sed peruerso ciuium palato tri-  
buenda, neque de caetero ridiculum ad vnius  
hominis vel virbis vel regionis opinionem diiu-  
dicandum esse arbitror. Si enim illud, ad  
mentem **ARISTOTELIS** est vitium & turpitu-  
do innocua (*αἰσχετίμα τι καὶ αἰσχός αἰωδύ-*  
*νογ καὶ φθαιγίνον*,) eius idea relativa est,  
& quantum regula decori & indecori, cui ini-  
nititur, pro cuiusque captu, consuetudine,  
educatione variat, tantam quoque ridiculi di-  
uersitatem esse, liquet. Verum haec res tam  
vasti ambitus est, vt non tribus paginis capi,  
sed integro libro tractari vix digne possit. Ideo-  
que ne hic meus materiae limites excurrat, sti-  
lum sepono.

### CAP. XVIII.

## CAPUT XVIII.

Desiderabit autem fortasse quis, me nihil de Aristophanico scribendi genere eiusque cum characteribus conuenientia dixisse. Non illud e re mea esse duxi, partim quia FRISCH LINUS bene & erudit de hac materia egit, cuius defensionem non exscribere, sed facilmente quodam augere volui; partim vero, quia me huic rei parem non sentio. Nostro enim aeuo fieri omnino nequit, ut totum stili leporrem, concinnitatem, conuenientiam gustemus, cum, quaenam voces & locutiones cuique aetati aut characteri responderint exacte, ignoremus. Sinistrum ergo de viro, quem tota fere antiquitas ob stili suavitatem & decorem summis laudibus extulit, iudicium ferre, insulfum, quibusvis vero obtrectionibus eum exprimere velle, perquam difficile arbitratus, satius duxi, eius dulcedinem, quae mihi quidem summa videtur, domi percipere, quam publice culpam incurrere vel imperitiae vel faltem temeritatis.



Ab. 147 159

VD18

ULB Halle  
002 423 405

3



82-

L

R

